

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Idem confirmatur ratione. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

rate, de speciali gratia indulxit, ut Constitutiones Societatis factæ postquam mutatae alteratae, sive de nouo conditæ fuissent, eo ipso Apostolica authoritate confirmatae censerentur. Qui quatuor fauores hoc ipsum confirmant, quod probandum assumpsi, nimirum Societatis Institutum S. Ignatio Diuinitus esse reuelatum, id eoque cum his prærogatiis ample confirmationem, sine minima rei mutatione, vel emendatione, & difficultate.

CAPUT TERTIVM.

Idem Confirmatur ratione.

48. **E**t lumen naturæ, & S. Scriptura, & SS. Patres, & Theologia, & gesta in Historiis Ecclesiasticis conscripta, infinitam Dei bonitatem & Sapientiam, ita se Creaturis rationalibus communicare docent, ut nulli desirin suppedantis auxiliis necessariis, ad ea sive institienda, sive perficienda, quæ vult potissimum per valde dilectos seruos suos extraordinaria vitæ sanctimoniam præditos institui ac perfici. Cum ergo S. Ignatium Deus elegit, ad fundandum difficillimo Ecclesiam tempore, nouum Societatis Ordinem, ad cuius conseruationem & incrementum erant necessaria noua Instituta, ut prudenter obseruavit Gregorius XIII. in 2. sua Bulla confirmatoria Societatis dicens, Diuinam prouidentiam pro temporum necessitate, varia & salutaria Ordinum Instituta in Ecclesia sua produxisse, nosque in ea subinde nascentibus morbis, noua remedia, nouique emergentibus hostiis impugnacionibus, nouum Regularium Ordinem excitare, & cuique illorum, iuxta cuiuslibet peculiari gratia rationem, peculiares quadam notas, propria insignia, ac opportuna ad finem, quem intendit, media suggerisse; Ideo & S. P. Ignatio noua quadam media inspiravit. Inspissæ autem per expressam, & immediatam supernaturem reuelationem, in supremo gradu Prophetiarum (uti argumenta supra dicta non haberemus) hoc solum sufficeret, peritum ex more Diuina Prudentia, omnibus saeculis visitato, quæ multò magis se extraordinariè communicat Creaturis rationalibus, presertim sibi valde charis, tunc, cum maior est necessitas talis communicationis, maximè verò, siisdem se extraordinariè comunicauit, quando minus egebant, tali extraordinariæ & miraculosa communicatione. Nam, ut ait S. Dionysius Areopagita, Deus impertinet suum cuique lamen pro cuiusque dignitate; & vt dixit cap. 10. fin. Una queque mens, pro suo captu quam nitidissima purgationis sit particeps copiosissimi luminis absolute potentie & perfectionis Cœlestium illuminationum. Cum ergo certissimè sciamus, & ex narratione vitæ suæ, à S. Ignatio facta P.
- Lancij Opus. Tom. 2.
- Ludouico Confaluo (de qua si prædictam est) num. 3.
& ex eius vita Scriptoribus, P. Ribadeney Rib. Maff. ta, P. Maffeo, P. Orlandino, cum inquam. l. c. 7. 8. certissimè constet, S. Ignatio fuisse Manes-Ort. l. i. n. se propheticè reuelatum à Deo modum quo^{22.27.} mundum condidit, & multa SS. Trinitatis mysteria, quæ fide Diuina credebat, & qui- dem sine ulla difficultate: item præsentiam Christi Domini in Eucharistia: item permulta alia, tum quæ ad fidei mysteria pertinent, tum quæ ad Scientiarum cognitionem, & cum hæc illi non ita fuerint necessaria scitu, si- cut fuerunt res ad Institutum nouum in Ec- chlesia fundandum pertinentes, multò magis credendum est, illas à Deo fuisse S. Ignatio ita immediatè reuelatas propheticè, si- cut fuerint, res minus necessariae, in modo ne quidem necessariae, loquendo in Théologico rigore.
49. **C**onfirmatur primò, hoc ipsum, quia ut scribit P. Ribadeneyra S. Ignatius datus fuit in tutelam Archangelo, quod adest insolitum est, ut hoc fieri neget S. Thomas. Contrarium tamen esse probabile putat Magister a. 2. sententiarum, Durandus Scottus, Marcellus M. 2. d. 10. Vasquez, vbi etiam rationes S. Thomæ con- Dur. ib. q. trarias bene solvit. Soarez verò id ex profes- 1 Sc. q. 1. Marq. 7. so contingere probat. Quod sane validè con- a. 3. Val. 1 p. firmatur, Primò, exemplo Beatissimæ Dei Ge- d. 2. 4. c. 2. nitris Maria, cui pro custodia deputatum num. 7. fuisse Gabrielem Archangelum assertit B. Pe- Suar. 1. 6. trus Damiani, & Abulensis, Deinde exem- de Ang. ple S. Franciscæ Romanæ, cui Deus præter c. 18. n. 10. Angelum Custodem ordinarium, extraordi- Dam. si. de Natu- narium dederat Archangelum, ex secundo Ab. q. 60. choro prima Hierarchia, quem perpetuò vi- in c. 18. Matth. debat, diu noctuque, & qui eam comitaba Vita S. tur per urbem, & a quo dirigebatur in omni- Franc. Ro- bus & custodiebatur. Et post 24. annos, qui mædita- bus S. Franciscæ perpetuò habuit hunc Archan- An. 1641. gelum, suum comitem, consolatorem, & di. l. c. 14. l. y. rectorem, visibilem oculis corporeis, datus c. 3. est illi alter Archangelus loco huius, longè nobilior ex secunda Hierarchia, ex quarto Choro, scilicet Potestatum. Et cum sint in singulis choris nouem mansiones, is erat ex prima mansione, & caput omnium aliorum eiusdem mansionis, & primus in nobilitate post principalem Angelum Chori supra dicti. Ab hoc defendebatur fortius & ardentius Sæ- eta ab oppressionibus malignorum Spirituum. Quod contigit illo die, quando fuit electa in Præsidentem Monasterij Turtis Speculorum. Idem patet exemplo S. Gertrudis Virginis, quæ cap. 10. Dei iussu, scripto lib. 2. cap. 23. Infinuat diuinam pietatem. Deo gratias agit. Insuper in speciale mi- nisterium mihi deputasti sepium nobilissimos Palatij tui Principes, non solam de choris Angelorum & Archangelorum, sed etiam altiorum, secundam quod pietas tua benignissime Deus mihi magis con-

gruere iudicabat, ut ad conuenientiora sibi obser-
quia in Spiritualibus exercitus me promoueret. Cum
ergo ad fundationem noui Ordinis, quem
Deus previderat multipliciter exigitandum,
& ab ipsis Catholicis, & ab Hæreticis, ma-
gis necessaria fuerit intrinseca illuminatio ex-
traordinaria, terum in illo Ordine seruanda-
rum, quam extrinseca tutela extraordinaria
Archangeli, si hanc S. Ignatio dedit, multò
magis dedit illam. Talibus enim Personis, in
tali necessitate, Dei prouidentia non deest,
præsternit cum innunera sine exempla in vi-
tis SS. Patrum, etiam non Fundatorum, qui-
bus immediate Deus reuelauit, & nunc adhuc
etiam reuelate solet Propheticè p[ro]q[ue] innume-
ras res minoris momenti, & minus necessarias
scitu, tum illis ipsis Personis, tum aliis, quam
fuerint S. Ignatio Fundatori Constitutiones &
Institutiones Ordinis, & res ad has Constitutiones
& Institutiones spectantes.

51. *Colligitur secundò*, certissimum esse debet
apud nos, saltem àque certum, doctrinas Exer-
citorum spiritualium S. Ignatij, esse ei à Deo
reuelatas, sicut credimus multa esse reuelata
Divinitus S. Catharinæ Senensi, S. Teresiæ &
aliis Sanctis. Nam ita Scriptores fide digni illud
scribunt de S. Ignatij Exercitiis, tanquam ei Di-
uinitus reuelatis (vt ostendi in meis supra Exer-
cita notis cap. 3.) quemadmodum alii Scripto-
res vita S. Catharinæ, & S. Teresiæ ac aliorum
Sanctorum. Atqui ad Institutum Societatis cō-
stituendum magis necessaria sunt statuta pro-
prium eius viuendi modum continentia, quam
Exercitia Spiritualia, statuta enim atque leges
Societatis, sunt tanquam partes intrinsecæ Cor-
pus Instituti integrantes, Exercitia autem sunt
quidem summè utilia, talia tamen, quibus per-
ditis vel abolitis, tanquam extrinseco auxilio,
essentia Instituti integra consisteret. Ergo à mi-
noria ad maius, si Deus S. Ignatio immediate re-
uelauit suo per se, sive per B. Virginem, sive
per Angelum Exercitia Spiritualia, multò ma-
gis immediate reuelauit res intrinsecas Institu-
ti Societatis.

Ex dictis Colligitur primò, certissimum esse de-
bere, & res substantiales & nonnullas alias no-
substantiales Societati proprias, & non communi-
nes cum aliis Ordinibus esse Divinitus reuelata-
tas S. Ignatio vt probatum est.

52. *Colligitur secundo*, spectatà Historicorum bo-
norum ac fidelium autoritate, cui humana
fides quoad res antiquas meritò innitur, nos
de hac veritate magis certos esse posse, & de-
bere, quam sint aliqui alii Religiosi Ordini-
nes, quod eorum regulæ sint reuelatae Di-
uinitus Fundatoribus ipsum. Nam, vt supra
vidimus, habemus huius rei testes omni
exceptione maiores, qui hoc ipsum ex ore S.
Ignatij audierunt: Item, qui hæc ipsa, vi-
uente adhuc S. Ignatio, scriptis consignarunt,

eo ipso tempore, quo hæc ab Ignatio audiue-
runt, Item habemus illa ipsa scripta iureuan-
do confirmata à Familiariis S. Ignatij, & in
Processum eius Canonizationis relata Madri-
ti, coram Commissariis Apostolicis auctoritate
Pauli V. Pontificis Maximi ad demonstrandam
illis scriptis, S. Ignatij sanctimoniam honore
Canonizationis dignam. Nullius autem Ordini-
nis historia est iureuando confirmata: prouide
ex hoc capite, tantam auctoritatem & authen-
ticationem, ac inde ortam fidem & certitudinem
humanam de hac te non habet, quod Regu-
lae eorum sint Diuinitus reuelatae. Nullus eni[m]
coram historicus Fundatoribus eorum fa-
miliariis, id scripsit, & se id audiuisse ab ipso Fun-
datore narravit: Item nullus Historicus iureuan-
do confirmavit partem vilam sua historie,
præsternit de regula sua Deo reuelante acceptā,
sicut noster Ribadeneyra non semel coram
Commissariis Apostolicis examinatus, iureuan-
do confirmavit veritatem rerum à se de S.
Ignatio (cuius erat familiariis & intimis) scri-
ptrum.

Colligitur tertid, ex dictis, extimo nos quin
Societas sumus esse affectos Dei beneficj,
quod simus ad hanc Societatem vocari, cōs
Institutum S. Ignatio reuelauit Deus peculiari
quodam modo. (scilicet reuelatione merè
intellectuali, sine admixtio Phantasis &
sensuum vt infra cap. 6. demonstrabo) Reuelauit
quidem Deus S. Pachomio Regulam per
Angelum, vt dicitur in Martyrologio Romano,
& antiqui Historici testantur: reuelauit etiam
regulas B. Posthumio per Angelum, que
habentur in vitiis Patrum apud nostrum Ros-
ticidum; reuelauit procul dubio, & alii Funda-
toribus quarundam Religionum vii. S. Benediti,
S. Dominici, S. Francisci, sed peruvius
Historiis Ecclesiasticis, & omnium Ordinum,
non innueniemus scriptum esse in iis, tomis
reuelatas esse Cælitus viii. Ordinis regu-
las, quos scimus interuenisse in reuelatione re-
rum nostri Instituti. Squidem intellectuale re-
uelatione reuelauit Deus illud, vt cap. 6. Olen-
dam, & vii sup. dictum est cap. i. dum S. Ignatius
Constitutiones scriberet, non tantum Beatum
Virginem Mariam s[ecundu]m vidit, ea quæ in
Constitutionibus statuebat, confirmantem, sed etiam
alias Diuinæ Personas, modò Deum Pa-
trem, modò Spiritum S. modo omnes Personas
SS. Trinitatis, prout ipse S. Pater narravit P.
Ludouico Confaluo, & hoc ipsum ipse San-
ctus scripsit plurimis in locis, in libro suarum
Visionum, cuius libri honotissimam facit men-
tionem P. Ribadeneyra, Masseius, Orlandi Ribal-
dinus, & ego illum Anno 1597. Romæ ex Au-
thographo Romano transcripti, & apud me
habeo, & seruo tanquam pretiosissimum the-
saurum. Addo & hoc pro nostro communio-
natio, quod dum S. Ignatius deliberaret, an
debet.

debet concedere redditus templis & sacrifitii
Domorum profellarum, inter alias apparitiones
& B. Virginis, & Diuinarum Personarum, in
hoc puncto illum illuminantes & confirmantes,
scriptum reliquit in eodem libro, *sibi apparuisse*
modo infuso Spiritum s. in claritate & flamma
igneas, & Christum Dominum in specie solis lucidis-
simi. In qua solis specie olim apparuerat in or-
atione vigilanti S. Brigittæ, præfente B. Virgi-
ne Reu. 14. & 15. ne Marin., & S. Angelo, vbi Angelus expli-
cans illam visionem ait: Sol significat Christum
in Deitate sua. Et Deus Pater S. Catherina Se-
nensi dixit: Spiritus s. à me Patre, & ab ipso Fi-
lio meo procedit, quia sumus idem ipse Sol. Ex qui-
bis apparitionum modis, non temere collige-
re possumus has Diuinæ Personas in tali
specie S. Patri nostro se præbuisse videndas,
vt agnosceremus ita illum cognoscere res Di-
uinitus Instituti nostri, sicut agnouerunt Apo-
stoli, dum illis in specie ignis idem S. Spir-
tus apparuit, & Diuina mysteria reuelauit, &
*sicut Christus Dominus, *Luz vera illuminans om-**

nem hominem venientem in hunc mundum, vt ait S.

Ioannes Evangelista, doctrinam Euangelicam

fuis Apostolis immedietate patrificet per seip-

sum. Ita & Ignatium per lepsum immediate

docuit, quæ in Societate suo nomine insignien-

da, & substantialia esse debeant, & ad inte-

gritatem substantialium pertinere, quæ suo lo-

corecensebo.

Merito ergo post hæc, à me multò ante scrip-

ta iurecurando confirmarunt hanc Diuinam

Reuelationem S. P. N. Ignatio factam multò ante

fundatam Societatem, & in vniuersa Socie-

ta, a primis eius iuriis vulgatam & creditam

esse Admodum Reverendus P. Noster Mutius

Vitellefus Prepositus Generalis, aliisque graui-

simi Societatis nostræ Patres, etiam à S. Ignatio

pg. 161. & in Societatem recepit, relati à Reuerendo Patre

Rho, & à me supra nominati, & excerpti ex eius

præstantissimis interrogacionibus Apologetici-

ci, Anno 1541. Lugduni impressis, æterna mem-

oriæ dignis.

Ex dictis apparet, male quosdam è nostris

Authoribus fensisse, ac scriptisse, Ignatium ali-

jus, & quas Regulas nostras mutualiter ex Regulis al-

iarum Religionum antiquiorum. Hoc enim

est prorsus falsum, quia S. P. N. Ignatius nec an-

te scriptas Constitutiones Societatis (ex quibus

sunt excerptæ nostræ Regula Summarij) nec

dum eas scriberet, nec pollea, legit Regulas

aliorum Ordinum, imo nec eas in suo cubicu-

lo, aut Biblioteca habuit, sed solùm Nouum

Testamentum, & Thomam de Kempis de imita-

tione Christi, & Missale, quod pridie Missæ

dicendæ curabat sibi adferri, in quo totam

Missam die sequentia dicendam legebat, toties

quoties eam erat dicturus: vt scribunt Orlan-

dinus, & Ludouicus Consalvius in Diario su-

pta commemoraro, & ego diligentissimè id in-

Lanciij Opus. Tom. 2.

dagauit duobus olim Cubiculariis S. P. Ignati cum quibus Romæ aliquot annis vixit. Vnus erat P. Ioannes Ignatius, alter Laicus Ioannes Paulus Borellus. Præterea totam Bibliorheciam Domus Professæ à tempore S. Ignatij in ea Domino retentam curiosè lustrauit, sicut prope Cubiculum S. Patris, & in ea nullum protulit tam librum, inueni, ex quo aliquam Regulam S. P. N. Ignatius mutuare posset, sed ille Spiritus S. qui aliis Fundatoribus inspirauit Regulas, similes etiam S. Ignatio inspirauit, sicut videmus inspirasse Euangelistis posterioribus, qui eadem scriperunt, quæ scripserunt priores. Non est autem mirum illos Scriptores putasse S. Ignatium alias Regulas ab aliis accepisse, quia nullus eorum viderat Archiuum Romanum, nec indagauerat à sociis S. Ignatij, quales libros in suo cubiculo haberent, vti nos cum Orlandino fecimus curiosissimi Indagatores rerum S. Patris. Ideo Rhabadeneys familiaris, & olim etiam Cubicularius S. Patris, nil tale de S. Patre scripsit, sed prolsus contrarium, vt supra demonstravimus.

CAP VT QVARTVM.

Soluuntur Obiectiones.

VT magis confirmetur veritas rerum supra dictarum, hæc venerunt in mentem, que vel impugnandi studio, vel rem melius intelligendi, aut obiici, aut proponi possunt, & soluenda videntur, à me & ab aliis meo rogatu de industria obiecta.

Obiectus primò, si quædam Deus reuelauit S. Ignatio, cut non omnia, verum aliqua reliquit eius prudentia. **R**espondeo, hunc esse Dei motu vi Propheticè non reuelat, nisi ea quæ naturali modo hic & nunc, sciri non possunt ab eo, cui aliquid reuelatur. Item non solet reuelare Deus, nisi res maioris momenti, tunc enim tantum media miraculosa & extraordinaria. Reuelationum adhibet, quando per ordinaria & naturalia media, hic & nunc res haberi non potest. Non esset enim etiam hominis prudentis, per difficultia & opertosa media a liquidu quætere, quod posset per facilitia & pertuia. Ideo quod naturali prudentia poterat Ignatius assequi, hoc eius naturali prudentia statuendum Deus reliquit. Atque hanc gubernandi rationem Deus in Hierarchia Ecclesiastica tenuit primò cum Apostolis, deinde cū Successoribus Apostolorum. Nam certum est, Deū Apostolis reuelasse doctrinam Euangelicam, tū ad dogmata Fidei, tū ad Institutionem morū, tū ad aliquos titus factos colendi Deum pertinenter. Hinc Apostolus ait Gal. 1. v. 1. *Se factum*

Apostolum non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum, & v. 12. Neque ab homine accepi illud

58

(scilicet)